

REGVL A V E R I

BERNARDO SALIGNA.

C O B V R D E G A L E N S I

A V T H O R E.

1. **R**egula veri est quæ dato certo unico quæstionis numero verum invenit.

Certum numerum dico qui nobis notus est. Quæstionis numerum dico qui ad arguendam quæstionem affectus & idoneus est: Hic autem quæstionem intelligo veram, quæ nempe nihil absurdii in se contineat: Verum deniq; numerum dico qui veræ quæstioni congruit. Cæterūm in quæstionibus regulæ veri/multi quidē certi numeri dari possunt, & hoc ita fit ut plurimūm: sed regula veri etiam dato certo unico quæstionis numero verum invenire potest.

2. Regulae veri proprietas generalis est ratiocinatio propositæ ratiocinationi similis. Hujus ratiocinationis extrema pu-
zā finem & principium hic explicō.

Hujus ratiocinationis extrema quidem finita, media autem infinitorum generum sunt: ideoque neglegtis mediis ad extremorum explicationem me conseruo. Prætereā finis explicatio absque principii explicatione haberi potest, non contrā: ideoque finem hic principio præpono.

3. Finis est duorum inter se numerorum collatio. Horum aletr cognitus, alter inventus dicitur.

4. Cognitus est qui cum invento comparatur, estque datus aut homologus.

5. Datus est cognitus qui in ipsa quæstione datur.

6. Homologus est cognitus quem ratiocinatio invenit.

B

Homo

Numerus certus
Numerus istiusmodi
Est numerus vero

Veritas numeri